

182. 36 AG: 1626 3 5

Disputatio Juridica
De
PUBLICIS JU-
DICIIS,

Quam

Divina favente gratia

In celeberrima Wittebergensi Academia

SUB PRÆSIDIO

Viri Clariss. Amplissimi ac Consultissimi

Dn. CHRISTIANI Krenbergk /

**J. U. D. Facultatis Juridicæ Assessoris, Favitoris,
Præceptoris & Promotoris summo observantiæ cultu inde-
finenter honorandi,**

NOBILISS. PRÆSTANTISSIMORUM

*Studioforum Jurisprudentiæ censuræ ac disqui-
sitioni subicit*

**JACOBUS OTTONIS Schlaccovverdâ
Bojemus.**

Ad diem 16. Jun. Horis consuet.

WITTEBERGÆ,
E Typographéo SALOMONIS AUERBACH.

ANNO M DC XXVI.

Disputatio Juridica

PUBLIIS

DIGITIS

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica

Disputatio Juridica



THESIS I.

VT Jctorum more procedamus, non iniquè facimus, si primùm derivationem nominis, deinde definitionem rei inspiciamus. (a) Quamvis forsitan alii aliter & aliundè judicia publica derivent: probabilius tamen derivari posse censemus à vocabulo populus, unde populicum sive publicum judicium. (b)

(a) l.1. §.1. ff. de offic. Quæst. l.1. §.1. ff. de pact. l. sponsalia. 2. ff. de sponsalib. l.1. ff. de testam. & alibi (b) Myns. ad pr. Inst. de pub. jud. n. 3. & seq. VVesemb. in addit. super Schneid. Inst. de pub. jud. n. 1. idem VVesemb. ad t. ff. eod. vid. Treut. vol. 2. disp. 31. th. 1. lit. A. quippe cujus executio sive persecutio & accusatio cuius ex populo plerunque detur. Anton. Gomez. var. resol. n. 1. Harprecht. h. n. 1. 2. & alii ad hunc t.

II. Definiuntur autem judicia publica & dicuntur ea, quæ (a) certa aliqua lege, de atroci crimine publicè constituta ab unoquoque habili deferri accusarique ut plurimùm possunt. (b)

(a) Vera enim judiciorum publicorum differentia & nota, qua ab aliis proprie distinguuntur, est lex quædam certa, adeò ut sine lege nullum sit judicium publicum. l. 1. ff. h. t. l. 32. §. Julianus ff. de Recept. qui arbit. recep. (b) d. l. 1. d. l. 32. §. Julianus ff. de recept. qui arb. recep. l. 3. §. f. ff. de Prævaric. arg. l. 4. §. 1. C. de hæret. et. Manich. VVesemb. ad §. 1. Inst. de pub. jud. & Heig. n. 3. Duaren. disp. anniv. lib. 1. c. 37. Govean. lib. 1. var. lect. c. 37. Arum. exerc. 20. th. 1. Quamvis Gomezius & alii diff: vide Dn. Præsidem th. 1. colleg. Inst. disp. f.

III. Hæc judicia publica quanquam non incommode in ordinaria & extraordinaria dividantur: (a) omisâ tamen sed non adeo neglectâ divisione succinctius dividimus judicia publica in Capitalia & non Capitalia. (b)

(a) Vt à Myns. ad pr. Inst. de publ. jud. quæ etiam latius in 48. lib. ff. & C. Justin. lib. 9. ordine describuntur. Ordinaria judicia dicuntur illa, quorum pœnæ specificè & nominatim habentur in Jure expressæ, quæq; ordine Juris scripti tractantur: cujusmodi est Crimen læsæ Majest. Adulterium &c. quò modo etiam à Jure Bohemico tum definiuntur tum dividuntur, Etliche Straffen sind durchs Recht ermessen vnd außgedruckt / vnd dieselben gebühret niemand zu endern / als da ist Mord / etc. Böhmisch Recht c. 47. n. 3. & 4. Extraordinaria verò sunt, de quibus J. Civ. nihil specialitèr ac nominatim proditum est, ut sunt incendium, concussio, &c. quò spectat etiam illud quod dicitur J. Bohem. Etliche Straffen sind durchs Recht nicht ermessen vnd außgedruckt / sondern werden nach rechtmässiger erwegung der Rechtsprecher auff die Ubelthäter gelegt vnd geordnet. Böhm. Recht d. c. 47. n. 3. lit. M. (b) §. publicorum 2. Inst. de publ. jud. l. 2. ff. ibid. Schneid. ad §. 2. Inst. eod. t. Myns. ad d. §. n. 1. VVes. in π. aur. ff. de publ. jud. Trent. disp. 30. vol. 2. th. 1.

IV. Capitalia sunt, ex quibus pœna ultimum supplicium, veluti mors (a) aut aquæ & ignis interdictio, vel deportatio (quæ in ejus locum successit) (b) provenit. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio & relegatio, quàm maximè pœna est. (c)

(a) l. ultimum, l. capitalium. l. qui ultimo. ff. de pœn. l. 1. §. f. ff. de Falsis. Schneid. ad §. 2. Inst. h. t. VVes. ibid. n. 2. & 3. Myns. h. t. §. 1. n. 1. VVesemb. in π. ff. h. t. n. 1. Vult. Heig. Johann. de Pladea & eleganter Harpr. Inst. h. t. §. 2. n. 2. 3. 4. (b) l. 3. in f. ff. ad Legem Jul. pecul. Per hanc enim eximitur caput de civitate, quod instar mortis est, & certè civilis mors appellatur. l. 1. §. 1. ff. de bon. poss. contra tab. l. 4. ff. qui satisd. cog. vid. VVes. in π. ff. de publ. jud. n. 1. & Dd. com. ad §. 2. Inst. ibid. (c) l. 2. ff. de publ. jud. §. 1. Inst. eod. & ibi VVes. ut & in π. ff. d. t. n. 1. in f. l. 6. §. f. ff. de pœn. Harp. Inst. h. t. §. 2. n. 4. quibus addatur Jus Bohem. c. 47. n. 2. lit. M. dicens. Alle vnd jede Straffen / geziehen sich entweder auff verlust Leibes vnd Gutes / führen auch jemanden eine dienstbare Verpflichtung / oder auff weltliche schand vnd schmach / Verweisung der Stadt / oder Vaterlands /

lands/oder das der Schuldige mit Gefängniß ewig oder auff gewisse zeit gestrafft wird.

V. In utrisque tamen, tum capitalibus, tum non capitalibus judiciis procedimus (a) per viam aut inquisitionis (b) aut accusationis: (c) modò hæc coram eo Magistratu, & illa ab eo Magistratu fiat, cui à lege vel Principe est concessum. (d)

(a) Intellige de J. civ. siquidem de J. can. additur etiam denunciatio, arg. rub. de accus. inquis. & denunc. c. 24. eod. c. 21. in pr. d. t. c. 31. 32. pr. de Simon. (b) Inquisitio enim sive generalis sive specialis, quam facit Magistratus regulariter permilla est, tam J. civ. quam canonico. De J. civ. quidem per nov. 128. c. 21. l. 1. pr. C. de cust. reor. l. 1. C. de cur. & stat. Lib. 12. l. 10. C. de Episc. & Cler. l. 1. §. 12. ff. de off. Pref. urb. l. 13. pr. ff. de offic. Pref. l. 4. §. 2. ad Legem Jul. pec. l. 7. l. 14. C. de accus. l. 6. ff. de cust. reor. Duar. libr. 1. disp. 38. Fachin. 1. lib. contro. c. 34. Treut. disp. 31. vol. 2. th. 1. lit. E. De J. Canonico, per d. c. 31. c. 24. Treut. d. loco. (c) quam facit populus ad accusandum habilis: Accusare enim omnes indistinctè non possunt. l. 43. ff. de ritu nupt. l. 8. l. 9. ff. de accus. Vvesemb. in pr. Inst. de pub. jud. n. 6. Harp. ibidem. (d) veluti quam facultatem habet ordinarius magistratus, sub cujus ditione delictum commissum est. l. 5. ff. de off. Pref. l. 7. §. 4. l. f. ff. de accus. nov. 134. c. 5. non etiam delegatus. l. 1. ff. de off. ejus cui man. jurisd. l. 70. ff. de R. J. l. 11. ff. de off. Procons. Hinc dicit Const. Carol. V. Weinliche Halsgerichts Ordnung. art. 1. vers. vnd dieweil sich eine zeitlang her. ibi. so mögen sie als Richter vnd Brscheiler besitzen/auch darinnen handeln/vnd vornehmen/was sich nach dieser vnser Ordnung gebühret etc.

VI. Factâ divisione judiciorum publicorum, in causas, tum Efficientem, tum Materialem, & reliquas inquirimus. Causam efficientem statuimus certam aliquam legem publicam, & Magistratum cui (a) Jurisdictio competit, (b)

(a) l. 1. ff. de accus. l. 2. l. 3. ff. de orig. juris. l. 1. ff. de offic. Pref. urb. l. 1. ff. de off. ejus cui mand. jurisdictio. (b) Albericus, Dec. & Dd. ad l. 1. ff. de offic. ejus cui mand. & c. Cagnol. l. 70. ff. de R. J. c. 10. ubi gloss. extra, de offic. Ordin.

Socin. in tract. de citat. art. 4. n. 7. vid. VVesemb. in addit. super Schneid. ad pr. Inst. de pub. jud. n. 4. & alios.

VII. Materia circa quam versantur judicia publica, sunt graviora delicta sive crimina, quæ cum publicam & singulorum turbent tranquillitatem, vindicari publicis judiciis & pœnis publicè interest (a) de quibus pœnis ordine infra audiemus.

(a) *l. congruit. 3. ff. de off. Præs. VVesemb. in suis π. aur. ad t. ff. de pub. jud. n. 3. Schneid. in com. ad pr. Inst. h. t. & ibid. VVesemb. n. 9.*

VIII. Ad Formam & ordinem judiciorum publicorum exercendorum, hodie adhuc inter alia pertinet, tum quòd Procurator in istis judiciis, neutra ex parte admittatur (a); tum quod accusatio & totus processus, usitato sollennique more sit conficiendus (b); tum quod Præsides vel alius qui cognoscit Clarissimos & causarum peritissimos viros adjungere (c); tum quod probationes non nisi luce clariores admittere debeat (d).

(a) *de J. Civili. l. pen §. 1. ff. de pub. jud. VVesemb. in π. ff. ibid. l. antepen. C. de accus. nisi ad probandas absentis excusationes. l. 10. ff. de pub. jud. VVesemb. ibid. in π. ff. n. 4. (b) unde etiam libellus offerendus, l. 3. ff. de accus. continens nomen Accusatoris & accusati, an num & mensem, quo commissum fuit crimen, item locum in quo, item diem dati libelli &c. d. l. 3. ff. de accus. Gandinus in pract. qual. fiant accusat. in f. Myns. obs. 32. cent. 2. item citationes faciendæ l. 3. C. de his qui accus. de quibus citationibus in criminalibus vide Boss. in praxi t. de citatio. &c. de J. Saxon. nostro etiam ad formam horum judiciorum pertinet illud quod Reinh. diff. J. Civ. & Sax. dicit. p. 4. diff. 6. ibi. Da muß in handhafftiger That / die peinliche Klage mit Zettergeschrey vnd geruffte / vber den Miffhäter angefangen werden. N. doch pfleget man sich für Fürsten vnd Herrn des Zettergeschreyes / vnd andere Solenniteren dißfalls in Sachsen Recht verordnet zuenthaltten. Item satisfactiones præstandæ, non tantum à parte Rei, nisi carceribus coerceatur, l. 1. ubi Bart. & Dd. ff. de cust. reor. sed & a parte Actoris,*

ris, de prosequenda lite & injuria, si succubuerit, resarcienda l. 3. C. d. his qui acc. l. 2. de exhib. reis. Angel. tract. males. verb. & ad querelam. Hipp. in pract. §. diligenter. n. 707. quod adhuc practicatur, de J. Civ. noviss. in terris Imperii. vid. Peinliche Halsgerichts Ordnung. art. 12. ubi expressè dicitur, So bald der Angeklagt zur Gefängnis angenommen ist/ soll der Ankläger etc. mit seinem Leib vermahret werden/ bis er mit Bürgen caution, bestand/ vnd sicherung gethan hat. Id quod secus de J. Sax. vid. Zobel. diff. J. Civ. & Sax. p. 4. d. 28. n. 7. in f. (c) l. 12. ff. de pub. jud. & ibi Wes. de quo etiam Constit. Imp. P. H. D. sancitum est art. 1. (d) l. f. C. de probat. l. 9. C. ubi causa Fis. vide Schneid. & Wes. Inst. h. t. sicq. de Jure Civili. vid. item art. 37. & art. 88. lib. 3. Weichbild; item art. 22. lib. 2. & sic de J. Sax. vid. c. in omni. c. licet. c. quotiens. & c. de testib. c. licet. §. quanquam. de probation. & sic de J. Can. cum quibus omnibus etiam Jus Bohem. expressè concordat, dicens: In Haupt vnd wichtigen Sachen/ so sich auff Leib vnd Leben erstrecken/ soll der Beweis klar/ außdrücklich/ vnd zu recht giungsam seyn/ Böhmisch Recht c. 9. lit. B. n. 39. & c. 47. n. 23.

IX. Finis porro Judiciorum publicorum in iis consistit, tum ut absolvatur innocentia, tum ut delicta sanctorum puniantur, sicque civitatis salus & tranquillitas conservetur, tum ut alii etiam exemplo commonefacti, à flagitiis similibus abstineant (a)

(a) *J. Inst. de pub. jud. l. congruit. 13. ff. de offic. Praes. Wes. in π. ff. de pub. jud. ideoque etiam plerunque poni solet in sententiis in straff des Übels vnd andern zur Abschew / vid. D. Schneid. ad §. 1. Inst. de pub. jud. n. 11. in f. vid. Böhmisch Recht c. 47. n. 13, 14, 15. lit. M.*

X. Effectus autem Judiciorum publicorum est, ut innocens (a) absolvatur, & reus legitimè convictus, non modò legitimis ipsius iudicii, verum etiam per consequentiam existimationis poenis puniatur: (b) de quibus, quomodo unumquodque iudiciorum publicorum delictum variè & vario Jure puniatur, ordine nunc videbimus.

(a) l. 4.

(a) l. 4. §. f. C. de edendo arg. l. 4. §. f. ff. ad l. Jul. de Adul. vid. VVes. in additionibus ad Schneid. §. 1. Inst. de pub. jud. n. 12. (b) quæ pœnæ delictis sint commensurata. l. 6. ff. de his quib. ut indig. cum similibus ll. quibus hodie etiam concordat Jus Bohemicum dicens. Ein jedes Laster oder böse That soll vermög der größe mit gebühlicher vñ rechtmässiger Straff gestrafft werden. Böhm. Recht c. 47. n. 17. & lege expressè, à quibus judex recedere nō debet. l. aliud 131. ff. de V. S. c. oportet 10. nov. 82. nisi fortassis ex causa, vel ex sententia aliud exprimatur, vel ex actis appareat: Myns. observ. 30. cen. 2. per comm. doctrinam, in l. 13. §. 7. ff. de his qui not. infam. l. 3. C. eod. vid. Schneid. d. loco.

XI. Sicque paucis de judiciorum publicorum definitione, divisione, causis, tum efficiente tum Formali, materiali & effectu, i. e. pœna generaliter. Sequitur ergo nunc ut de unoquoque judiciorum publicorum crimine speciatim dicamus, quorum primum obtinet locum Crimen læsæ Majestatis. 2. Adulterium. 3. Stuprum. 4. Homicidium. 5. Veneficium. 6. Parricidium. 7. Crimen falsi. 8. Vis publica. 9. Vis privata. 10. Raptus. 11. Peculatus. Plagium, Ambitus, Repetundarum crimen, Annonæ flagellatio, & crimen Residui.

XII. Crimen læsæ Majestatis est delictum, adversus Summum Imperatorem sive Principem, Imperii-que statum commissum (a) quod pro sui atrocitate modo perduellio, modo majestatis appellatur & pœna capitali plectitur. (b)

(a) l. 5. C. ad l. Jul. majest. ubi Cynus, Bald. Salic. & Dd. Bart. & alii: sicque primariò, secundariò & impropriè etiam in inferiores Cæsarem recognoscentes, ut sunt Præfecti Præt. & intimi Principis Consilarii, item ex Aurea Bulla in Electores, item Civitates superiorem non recognoscentes & alios Cyn. & Salic. d. l. vid. Dn. Kremberg Fautor, Præceptor & Promotor, summo observantiæ cultu honorandus. in colleg. Inst. dis. 21. th. 2. 3. 4. item Schneid. ad §. 2. Inst. de pub. jud. n. 3. ubi plures allegat, & pluribus hac de materia tractat. (b) quæ pœna adhuc hodie usitata est præsertim in Bohe-

Bohemia ex constitut. Bohem. dicente Crimen læsæ Majestatis
ist/ So jemand nach seiner Obrigkeit Leib vnd Leben trachtet etc. oder
sein Vaterland verrichte / oder sich diesem Königreich für einen
Feind aufftriffe/der ist ein Verräther/ etc. vnd soll den Halß ver-
lieren/ etc sicque de pœna criminis in Majestatem politicam per-
petrati. Cæterum etiam perpetratur crimen illud adversus Ma-
jestatem divinam, modò blasphemis, modò perjurio, modò
magia aut incantationibus noxiis de quarum pœnis de Jure civili
vide Vvesemb. in suis π . aur. ff. h. t. Schneid. Harpr. & alios in Inst. h. t. itam
Peinliche Halsgerichts Ordnung art. 124. Böhmisches Recht c. 47. n.
28. lit. M. & c. 48. & c.

XIII. Adulterium est illicitus coitus, cum alteri-
us conjuge tam viro quam fœmina. Aut est violatio si-
ve commaculatio thori alieni, nonnunquam etiam
proprii, (a) cujus pœna ex omni fere jure in utroque
sexu gladius (b) Hinc Germanis definitur Ebruch ist
ein besleckung vnd verunreinigung eines frembden Bettes
des Straff ist Halßverlierung.

(a) Vvesemb. in π . ff. ad L. Jul. de adult. eleganter Harprechtus. ad S.
4. Inst. de adult. ubi quomodo, à quibus, in quas personas propriè
& impropriè adulterium comittatur, quomodo item puniatur
fufius habetur (b) de Jure divino Deut. c. 22. Exech. c. 18. Dan. c. 13. de J.
civili 8. 4. Ins. de pub. judic. & ll. quamplurimis Peinliche Halsgerichts
Ordnung. in aliquib. locis de Jure Sax. Constit. Electorali p. 4. constit.
19. 20. 21. per tot. de J. Can. Inst. de adult. & passim in lib. decretal. præsertim
lib. 7. de J. Boh. Böh. X. c. 47. n. 29. lit. M.

XIV. Stuprum definiri potest coitus illicitus in
virginem viduamvè honeste viventem perpetratus. (a)
Estque stuprum duplex voluntarium & violentum, il-
lud quod volente & parum reluctante virgine vel vidua
committitur, cui varia pœna est præstituta (b) violenti
autem stupri de J. Civ. pœna (c) est capitalis.

(a) l. 4. l. 6. §. 1. ff. ad L. Jul. de adul. l. 101. ff. d. V. S. & ibi Dn. Goëddaus.
vid. Vvesemb. ad t. ff. de adult. (b) nam de Jure Civ. interdum est publi-
catio

catio dimidiæ partis bonorum in honestioribus: interdum verò corporis coercitio cum relegatione in humilioribus. §. 4. *Inst. de pub. jud.* alia de J. divino & Can. quo stuprator jubetur corruptam virginem vel decenter dotare vel in uxorem ducere Exod. c. 22. & c. c. 1. & c. 2. ubi Dd. extra de adult. (c) l. 1. in fin. ff. de extraord. crimin. Vvesem. in π. ff. ad L. Jul. de adul. n. 21. Constit. Carol. P. H. D. art. 119. ~~Bershol. ad t. de pub. jud. §. 1. n. 39.~~ adde Jus Sax. Const. Elect. 32. par. 4. ibi **Wenn ein junges Mägdelein** item art. 46. lib. 3. art. 13. lib. 2. cum J. Boh. c. 47. n. 30, 31, 32. & sequentib. Notandum hic, quod ad stuprum referatur Incestus Germ. **Blutschand** item sodomia de quibus quoniam hac in succincta disput. ex asse tractari non potest, vid. Vvesemb. in π. aur. ff. ad L. Jul. de adul. Treut. vol. 2. disp. 32. th. 2. & 3. Harp. ad §. 4. *Inst. de pub. jud.* & præ aliis *Damboud. de hac materia.*

XV. Crimini læsæ Majest. & adulterio succedit homicidium, hoc de finit Bald (a) quod sit exanimatio violenter aut dolose facta, qua anima à corpore separatur. Dividitur autem à Canon. (b) in spirituale & corporale, alio vero Jure (c) in voluntarium casuale & coactum sive necessarium, quæ differentia facit ut non uno eodemque modo homicidium puniatur. (d)

(a) l. 7. §. 1. ff. ad l. Aquil. (b) *Hoft. in rub. de homic. n. 1.* (c) tum Jure divino quam Civ. tum Saxonico quam Canon. & Bohemico & c. vid. l. 1. in fine C. ad L. Cornel. de siccar. vid. *Landrecht lib. 2. art. 38. & Weichbild art. 38. Böhmisch Recht c. 47. n. 45, 46. lit. N.* (d) nam ordinarie dolosi & voluntarii homicidii est de J. Civili, Saxonico & Bohemico pœna, decapitatio. Nemlich daß ein Todtsch'äger soll bey seinen Rechten vnd Jurisdiction vmb den Hals gerechtfertiget werden/nisi homicida excusetur, aut propter ætatem, aut furiositatem & c. de quibus & similibus videantur Autores, præ aliis *Schneid. Harprecht. ad §. h. Inst. de public. jud. Gail. 2. observ. 110.* Casuale verò homicidium de Jure Civili non punitur lege Cornelia de Siccar, sed arbitrarie, etiam secundum Jus Bohem. alias rigorosum, dicens; **So jemand nicht vorsehlich oder muthwillig/ sondern aus vnglückhafftigen Zufall einen Menschen tödtet/ soll er entweder mit verweisung/ oder Geldbusse gestrafft werden.** Jure verò Sax.

Sax. requiritur daß man von einem jeden Mann / der einen ohne
muthwillen tödtet ein vollwehr Geld gebē muß. SachsenRecht / lib. 2.
art. 21. lib. 1. art. 42. vid. diff. Jur. Civ. & Sax. diff. 28. n. 6. & 7. diff. 29. n. 1. vid.
item Weinsliche HalsgerichtsOrdnung art. 146. per tot. ubi recen-
sentur aliqua exempla de homicidio causali. Coactum sive ne-
cessarium homicidium, quia non dolo sed ob vitæ, corporis, ho-
noris, facultatumque, vel propter aliam quamcunque legiti-
mam causam comittitur nullam inæretur pœnam. l. 3. ff. de l. & Ju-
re. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. vid. VVesemb. in π. ff. h. t. id quod adhuc hodie
in Const. Carol. V. expressè dispositum est. P. H. D. art. 140. ita.
So einer jemand mit einer tödtlichen Waffnen / oder Wehr vberlaufft
ansicht oder schlägt / vnd der benötigte / kan sñglich ohne fährlichkeit /
oder verliertung seines Leibes / Lebens / Ehr vnd guten Leumuths nicht
entweichen / der mag sein Leib vnd Leben ohn alle Straff / durch ein
rechte Gegenwehr retten ; vnd so er den benötziger entleibt / ist er dar-
umb nichts schuldig. vid. pluribus de his, & quæ sit justa & necessa-
ria defensio, elegantissimum tractatum de necessaria defens. Cla-
riff. & Consultiff. Dn. D. Christiani Kremberg Præceptoris & Pro-
motoris indefinenter honorandi qu. 1. n. 22. & passim in illo tract.
Plura hîc dicenda etiam essent, de homicidio per ebrietatem fa-
cto, item de Assassinio, item de homicidio à furioso, ab infante,
item in rixa, aut ex ira comisso, similiter de mandantibus homi-
cidium & pluribus aliis sed ne longior in disputatione videar,
vide VVesemb. in π. suis aur. ff. ad Legem Jul. de Sicc. Schneidevvin. ad h. §.
Inst. de public. judic. elegantissimè etiam Harprecht. d. loco & alios. Dd.
ibidem.

XVI. Veneficium est crimen atrocissimum, quò
quis malum venenum necandi hominis causa fecerit,
vendiderit, aut habuerit, cujus exosi criminis utpluri-
mum eadem pœna est, quæ homicidii (a).

(a) intellige de J. civili: nam de J. Sax. Sollen sie auff einer
Hörden verbrannt werden / Landrecht. lib. 2. art. 13. puta, Wenn
schaden darauff erfolget / alias est pœna arbitraria, Const. Elector.
18. p. 4. conjunge hac de re Weinsliche HalsgerichtsOrdnung. art.
110. Qui verò rem & pacta cum diabolis constituta habent, pari-

ter ignibus ut supra absumuntur. Const. Electoral. 2. p. 4. Qui ve-
rò absque conjuratione, artibus, ut sæpius fit magicis damnun-
faciunt, item ex crystallo, similibusque ariolantur, gladio ple-
ctuntur. d. constitut. Elector 2. p. 4. Jure Bohem. Magia sive Sor-
tilegium, Zauberey/ vnd alle andere schädliche Heyenwerck werden
mit dem Schwerdt oder Feuer gestrafft / die Weibsbilder aber wer-
den lebendig begraben/ Böhmisck X c. 48. n. 2. lit. o.

ren 2. ff. ad l. Remp.
Parentis

XVII. Parricidium omnium delictorum scelesti-
mum propriè dicitur, quando quis parentes liberos,
conjugem fratres, dolo malo interficit, cujus pœna est
ut reus, cum cane, gallo gallinaceo, viperâ & simia cu-
leo insutus in aquam projiciatur (a).

(a) de Jure Civili. §. 6. Inst. de pub. judic. l. un. C. de his. qui paren-
occid. interdum si flumen non extat subicitur reus bestiis devo-
rantibus l. pen. C. h. t. Vvesem. in π. aur. ff. ibid. Harprecht. in Inst. ad t. de pu-
blic. judic. §. alia deinde lex, & alii: Rationem autem cur reus cum
cane cum gallo gallinaceo cum vipera & simia culeo insutus in
aquam projiciatur vid. apud. Dd. & eleganter apud Harpr. Inst. de
pub. jud. h. §. Moribus a. nostris werden die Weiber gewöhnlich leben-
dig begraben. oder ertränckt / Mannspersonen werden bisweilen mit
glühenden Zangen zerrissen. Peinliche Halsgerichts Ordnung
art. 131. Huc pertinet ad quas personas parricidium sese exten-
dat, item qua pœna mater opprimens filium in lecto jacentem,
item fatum abigens teneatur, item conscii & participes parrici-
dii, item medici, pharmacopolæ, Chirurghi &c. venenum aut
pecuniam dolosè liberis vel parentibus suppeditantes. de qui-
bus vid. Vvesembec. in π. aur. h. Harprecht. Inst. de public. jud. Clariss.
Dn. D. Christianum Kremberg Præsidentem & Præceptorem sum-
ma observantia honorandum in colleg. Inst. disp. 21. thes. 12. thes. 13.
thes. 14. & ibi ab ipso allegatos. Peinliche Halsgerichts Ordnung.
art. 132. art. 134. d. art. 131. art. 133. ibi. So jemand einem Weibsbild/
durch bezwang / essen oder trincken / ein lebendig Kind abtreibe / wer
auch ein Mann oder Weib unfruchtbar macht / so solch Ubel fürsäch-
licher weise geschieht / soll der Mann mit dem Schwerdt / als ein todt-
schläger / vnd die Frau / so sie es auch an ihr selbst thäte / ertränckt oder
sonst zum Todt gestrafft werden / etc.

XVIII. Falsum est actus dolosus veritatis mutan-
dæ gratia ad alterum decipiendum factus, quem lex pro
falso habet (a) & Lege Cornelia de falsis coercet. (b)

(a) Schneid. §. 7. Inst. de pub. jud. & committitur variè, ut si
quis scripserit falsum testamentum, falsum instrumentum, vel
signum adulterinum; corruptum; iniquum fecerit, usurpaverit
(b) quæ lex infert deportationem. Ex constitutione autem Ca-
rolina ut plurimum ultimum supplicium. *Peinliche Halsge-
richts Ordnung. art. 111. art. 112. & seq. Jure Saxon. Wer falsch
Gewichte macht wird zu staupen geschlagen / utens vero exilio ple-
ctitur. Vvesemb. in π. ff. de extraord. criminib. Huc referri potest
crimen termini moti, quod J. civili in libero homine est 50. au-
reorum. J. Saxon. 30. Schilling; ibi. Hawet einer Maalbäumer
ab / oder gräbet Marcksteine aus / muß er 30. schilling geben. J. Bo-
hemico So jemand die Gränze etc. die Keynsteine außgrübe / die
Keyne umbacker / umbacker vnd enderte ohne bewilligung des / mit
dem er die Gränze helt / der jeder soll 20. fl. gr. Peenfall geben etc.
Böhmisch Recht. c. 52. Lit. Q. n. 2. Item huc pertinent monetæ
adulteratores, qui ut plurimum rectè exuruntur. vid. Schneid. Vve-
semb. Harprecht. Inst. h. t. Clariss. Dn. D. Christianum Kremberg in
colleg. Inst. disp. 21. th. 15. & 16. 17*

XIX. Vis publica est, cum quis alterum cum ar-
mis, vis privata, cum quis alterum sine armis aggredi-
tur (a) illius pœna est deportatio (b) hujus tertiæ par-
tis bonorum publicatio & infamia. (c)

(a) l. 3. ff. ad Legem Jul. de vi. pub. Dn. D. Christian. Kremberg
d. disp. 21. th. 19. (b) §. 8. l. 10. §. 2. Inst. & ff. h. t. Hodie vero plerunque
pœna gladii. *Peinliche Halsgerichts Ordnung. art. 128. (c) d. §. 8.
l. 1. pr. l. f. ff. ad Legem Jul. de vi privat. l. 2. C. eod. Ad hoc crimen refe-
rendi sunt Incendiarii, Germanis Mordsbrenner / qui ex consti-
rut. Carol. igne plectuntur. *Peinliche H. Ordnung in aliquibus
locis, ibi. die böshaffrigen überwundenen Brenner / sollen mit dem
Sewer vom Leben zum Todt gebracht werden.**

XX. Raptus est cum virgo, vidua, sanctimonialis,
B 3 aliave.

aliave honesta mulier libidinis explendæ causa impro-
be vel vi abducitur, cujus pœna est caput. (a)

(a) Et sic de J. civili, vid. *Peinliche H. Ordnung* art. 118. cum quib. facit Jus Sax. noviss. Constit. Elector. 31. p. 4. ibi. *Wird der Nothzlichtiger vom Leben zum Tode gestrafft.* Excipitur tamen à pœna ordinaria mulier si virum rapiat, item, raptor si raptam carnaliter non cognovit vid. *Clariss. Dn. D. Præsident d. disp. 21. th. 19. & th. 20. Harpr. ad Inst. pub. jud. h. §.*

XXI. Peculatus crimen est, quando quis publicam pecuniam; Sacrilegium, quando quis rem sacram vel religiosam furatur; prioris pœna, si Judices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, est capitalis animadversio, si alii deportatio, (a) Hujus vero decapitatio. (b)

(a) *l. un. C. de crim. pecul. & l. 1. C. Theod. eod. l. 3. ff. ad Legem Jul. pecul. vid. Harprecht, Vvesemb. & alii in Inst. de pub. jud. & ff. ibid.* (b) intellige de J. civili. *l. sacrileg. ff. ibid.* de J. Saxon. enim werden sie auff ein Radt gelegt. *Sandrecht lib. 2. art. 13.* Adde his *Peinliche H. Ordnung* art. 171. art. 172. cum seq. *Böhmisch Recht c. 48. n. 12.* ibi. *Kirchen Diebstal soll mit dem Strang gestrafft werden.*

XXII. Plagium nihil aliud est, quam liberi hominis, vel servi alieni suppressio dolo malo facta cujus pœna plerunque arbitria. (a)

(a) Intellige de J. Civili. *l. f. ff. & l. f. C. ad legem Fab. de pelagiar.* Sunt enim casus, quibus est pœna gravissima nempe mortis: prior si plagiarius vendat liberum hominem suppressum emptori, qui eum alio adportet, *l. 7. C. ad Legem Fab. de plagiar.* alter casus est, si plagiarius filium alterius patre adhuc superstite supprimat. *d. l. f. C. ad legem Fab. de plag.* Harprecht. *Inst. de pub. jud. §. 12.* Jure autem Can. & divino omnis plagiarius, qui sciens liberum hominem cum dolo vendit, morte punitur. *Deut. 24. v. 7. Exod. 21. v. 17. c. 1. de Furtis.* Plagio etiam non absimile est Crimen Abigeatus de quo *J. Bohem. c. 49. n. 29. lit. O.* dicit. *Wer Vieh weg treibet / dasselbe nachmals verkaufft / der soll nach erwegung der Rechtsprecher vnd Gewohnheit gestrafft werden.*

XXIII. Ambitus est, quo quis pecunia & largitionibus, honores, dignitates, Magistratus & Sacerdotia ambit atque redimit, cujus pœna 100. aureorum, cum nominis infamia. (a)

(a) De J. Civili. l. 1. §. 1. ff. ad Legem Jul. de amb. quò spectat Böhmisches Recht c. 48. n. 8. Lit. O. ibi. Wer ein solcher ist/ der soll nicht für gut geacht vnd gehalten werden. J. vero Can. ambitus, qui vocatur illis Simonia, pœna est varia. c. 1. quest. 1. c. 41. de Simon. can. 1. quest. 1. c. 15. quest. 3. videatur etiam de hoc crimine pluribus & elegantius Harprecht. h. n. 13.

XXIV. Repetundarum crimen est, quò qui in officii publici administratione constituti pecuniam, ut officium impertirentur, aut ut contra officium facerent, acceperunt, quorum pœna est extraordinaria. (a)

(a) Modò enim levior, ut relegatio, vel ordinis amotio, modò gravior, ut exilium sive deportatio, vel etiam mors, pro modo scilicet & qualitate sceleris. vid. Harprecht. Inst. de pub. jud. §. 11. n. 17. Vvesemb. ibid. & elegantissime π. ff. h. r.

XXV. Crimen annonæ fraudatæ est, quo is tenetur, qui annonam publicam fraudaverit vel vexaverit, aut cujus dolo malo factum est, ut annona vel arctior vel carior fieret (a) cujus pœna etiam arbitraria. (b)

(a) Quod crimen plerunque committunt ii, qui dardaniarii, pantopolæ & seplasiarii dicuntur. l. 6. ff. de extraord. crim. l. 37. ff. de pœnis. Harpr. h. n. 20. (b) nam pro qualitate delicti & personæ, modò est pecuniaria, puta 20. aureorum. l. 2. ff. h. t. modò est relegatio, aut etiam metallum. d. l. 6. Harprecht. h.

XXVI. Crimen residuorum, quod judiciorum publicorum numerum claudit, est pecuniæ publicæ, alicui ad usum publicum datæ & attributæ, retentio, vel ad suos usus conversio, cujus pœna est, ut damnatus præter infamiam, tertia parte amplius, quam debet mulctetur. (a)

(a) De

(a) De 7. civili. l. 4. §. qua lege ff. h. t. Duar. c. 4. Vvesemb. h. t. Mynf. Vult. ibid. Treut. select. disp. vol. 2. disp. 32. lit. G. Harprecht. ad Instit. h. t. Ex constitut. a. Caroli V. gravius puniri patet per art. 170. dicentem. Welcher mit eines andern Gütern/die ihm in guten Glauben zubehalten vnd zuverwahren gegeben sind/ muthwilliger vnd gefährlicher weiß/ dem Glaubiger zu schaden handelt/ solche Missethat ist einem Diebstal gleich zu straffen.

COROLLARIA.

An stillatio sanguinis sit sufficiens signum cadis perpetrata? N.

An puella damnatum in maritum petens à morte liberet? N.

An hereditates Rebellium filiis delata, fisco sint applicanda? N.



Ad Dn. Respondentem.

CRimina succrescunt mundo moriente maligno,
Quæ tollunt cunctam, cum pietate fidem.
At quàm sunt pauci qui tantum evellere vellent,
Altas radices quod tenet ante, nefas.
Sunt potiùs plures qui tantum evellere nolunt,
In multis multum quod valet arte malum.
Hos longum linqvis cum jam nunc ore diserto,
Qua plectenda sient hæc gravitate doces.
Sic pergas Otto: tua sic Bojemica terra
Jctum te celebrem Jure vocare potest.

Imq̄ deproper.

Georgius Lycius Trenshin, Hungar.

F I N I S.


Vb17


ULB Halle 3
002 673 282



TA → OL







B.I.G.

Farbkarte #13

36
 1626
 AG
 3
 5

Juridica

CIS JU.

IS,

te gratia

ergensi Academia

IDIO

ac Consultissimi

ANI Krembergk /

Affessoris, Favitoris,

o observantiae cultu inde-

randi,

TISSIMORUM

e censuræ ac disqui-

cit

IS Schlaccovverdâ

is consuet.

RG Æ,

NIS AUERBACH.

XXVI.

